

Dissertatio metaphysica, de duratione, qvam ... sub praesidio ... m. Simoni...

Tolpo, Simon Johannis,

11 Ae 8:o



וְנִחַח הַצְלוּחָהּ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ

DISSERTATIO METAPHYSICA,
DE

DURATIONE,

Quam

ALMA TRIADE FAVENTE,
Atq; Ampliss. Facult. Philos. in incluto
ad Auram Musarum Palladio,
adprobante,

SUB PRÆSIDIO,

Adm. Reverendi & Amplissimi Domini,

M. SIMONIS ΤΙΣΠΟ

Log. & Met. Professoris Ordinarii,
utriusque Consistorii Adlessoris gravissimi,
Pastoris quoque in Piskis longè meritisissimi,
Promotoris & Præceptoris sui, æter-
nùm suspiciendi,

Loco Speciminis

Publicè examinandam modestè tradit

CHRISTOPHORUS L. HORNÆUS,

Angermannus.

*ad d. 15. Maii Anni 1697. horis ab 8 solen-
nibus, in Auditorio Maximo.*

ABO Æ, Impr. apud Jo. WALLIUM.

Laurentius L. Hornæus
Disputatio hæc est tibi in iuramentum addita
die 15. Maii 1697. in Auditorio Maximo.



Reverendissimo in CHRISTO
Patri ac Domino,

DN. JULIO MI-
CRANDRO,

S. S. Th. Doctori Famigeratissimo
Dieceleos Hernolandensis Super-
intendenti Excellentissimo, Syne-
drii Eccles. Præsidi Eminentissimo,
Gymn. Regii Scholarumq; Ephoro
adcuratissimo, Mœcenati & Promo-
tori Maximo, quovis promptissimi
obsequii cultu submissè & reve-
rentèr suscipiendo.

Reverendo Doctissimoque

DN. LAURENTIO HORNÆO,

Sacellano in Ytterlândis Attentissimo, Pa-
renti Charissimo, filiali obsequio & pectore
nunquam non devenerando.

*Illi ut Ephoro & studiorum suorum Promotori
bis ut Evergetis, Fautoribus & Benefactoribus
nimi τιμηρον oblatum &*



*Plurimum Reverendo & Claris-
simo Domino,*

M. OLAO HERNODIO,
Pastori in Tårsåker meritissimo &
æstumatissimo, ut ante aliquot annos in Gy-
mnasio Hernof. Præcept. fidelissimo, ita nunc
propter favorem & benefacta cumulatim mi-
hi præstita, perpetim colendo.

Pl. Reverendis & Clarissimis Dominis,

**Sacri Collegii Hernof. ADSESSO-
RIBUS** æquissimis, & **Gymnasia Regii LE-
CTORIBUS** laudatissimis, Promotoribus &
fautoribus quovis pietatis ardore, inde-
fesse venerandis, honorandis.

Reverendo ac Doctissimo,

DN. PETRO HORNÆO,
Ecclesiæ Nordringrænsium Sacellano optimè
merito, Patruo charissimo; ob multa in me
collata beneficia æternū honorando, amando.

*Maximo, in certissimam Promotionis spem,
Eximio, hocce levidense Exercitium in grati a-
dicatum vult*

C. H.

*Literarum, Virtutumque decore Conspicuo,
Viro - Juveni,*

DN. CHRISTOPHORO
HORNÆO,

Disputationem proprio Marte con-
textam, masculè defensanti, Amico
& Commiliti apprime dilecto:

Ens, solum, immensum, quod torquet
sidera cœli,

Durat & edurat, perpetuumque manet.

Aliger æthereus, cœli demissus ab Arce,

Durat ad usque velit, qui regit Astra
DEUS.

Humanas animas, pariter durare tenemus
Ævo, quod cœpit, sed sine fine cluet.

Hæc monstrare paras discursu, ritè, polito,

*Docte HORNÆE potens ingenioque va-
lens.*


Ausibus & cœptis meritò congratulor hisce,

Exoptans studiis fata benigna Tuis!!!

Subitariâ curâ grata-
bar

SIMON TÆPPO

Met. & Log. Prof. Ord. P. P.



65

LECTORI Benivolo prospera fata!

Manum operi jam jam admoturo & aliquis ἀπαδείκτας pretexturo mihi, de hac non minus ampla quam jucundâ materia, antequam ad intimiora, Palatii hujus adyta ingredi liceat, maximo-perè incumbit, hic tanquam in atrio, pauca quæ ad Dissertatiuncule hujus materiam facere videntur, contemplari, & instituti pariter ac methodi rationem exponere, ne B. L. in ignota quasi, sinam vagari via. Interea B. L. scias volo, me haud quadam laborasse prurigine scribendi fastuosa, aut animi ambitiosè luxuriantis nugas, tibi voluisse heic propinare, uti quibusdam volupe est, qui ut zoili semper insulsi sunt & aliorum Theonino dente, ut dicitur, scripta, proscindunt, ad quorum naturam, neutiquam accedo. Verum, siquidem Disputationis exercitium, insigne est ingenii, judicii, memoriæ ac πρῶτον-οίας adminiculum atque subsidium, hæc incomptas pagellas, quibus omnis lepos & venustas deest, publice facere lucis mihi. met persuasi, & è cathedra Disputatoria,

A

pro

ro ingenii modulo defendere, quò studia privata, licet sint, fateor namque, exigua ac parvi momenti, vivido animi motu, discurrendo inflammarentur, & singulari ardore accenderentur, sic enim iudicium exaui, ingenium expoliri & memoriam confirmari iudicavi. Proinde B. L. qua par est modestia te exoratum venio, hoc quaecunque ingenii specimen, pro consueti tuo candore, in dextram ac meliorem partem interpretari digneris, quod si obtinuerò, zollos ne hili quidem facio. Vale!

CHRISTE IUVVA COEPTUM! CONATUS DIRIGE NOSTROS!

Hic labor in laudes, desinat utque tuas.

§. I.

AD evitandam remoram in progressu, placita omnis ævi Philosophorum in limine, haud inconveniens esse ducimus, observasse; circa tractationem Thematis cujusdam, scilicet præmittendam nominis atque rei evolutionem. In ὀνομαζολογία quæ voces examinat, occurrit ἰ, ἔτυμολογία seu vo-

cis

3

cis derivatio: Duratio adeò Natales suos debere videtur verbo durare, quod significat persistere, perseverare, longo tempore permanere; Græcè *ὑστείβεσθαι*, *διὰ πρην* &c. Plaut: in Amphit. *Durare in adibus nequeo, ita me probri, decoris à viro arguta meo.* 2. *ὀμολογία* seu varia vocis acceptio; sumitur Duratio vel 1. Grammaticè, dicitur durare vulgò quidquid perseverat & moram quandam in existendo exigit, qua ratione quæ instantanea sunt & *ἐν τῷ ὄντι*, à Duratione removentur, cum momentanea nullam dici possunt habere moram. quod verò & iis duratio non sit deneganda ipsa res loquitur. 2. Metaphysicè, accuratè dicitur illud omne durare, quod actualem habet & veram essentiam, sive ejus duratio sit momentanea, sive perpetua & diuturna. Ceterum duratio ratione nominis distinguitur in Imaginariam, quæ solummodò fingitur, realis vero existentia ei non competit, tribuitur tamen à nobis rebus quatenus sunt in potentia seu possibiles; & Realem, qua
in

in actu res saltim positæ & existentes, verè durant Extrinsicè & Accidentaliter, quæ tamen ad rem nihil facit, sed per quam tamen rei dignoscitur & declaratur duratio; vel Intrinsecè & Essentialiter, utpote quam nos heic agnoscimus & Attributum Entis constituit. 3. Συνοουσία; vocabuli hujus synonyma sunt: Permanens, Ens actuale & Existentia; quam non incommode speramus facere synonymum Durationis, cum sint realiter eadem. & hoc vel inde constat, quod in ipso durantis esse aliàs compositio efficeretur, quod absolum omnino esset. Duratio iccirco alia & peculiaris res ab ejus esse constitui non meretur, nec è re est ut præter necessitatem, Entium multiplicatio fingatur. Recte namque dicimus illud ipsum durare & existere, quod simplicissimum est, & compositionem omnem respuit.

§. II.

Levi, ut dicitur, brachio, tactâ ὀνομασλογία, lineæ quædam de ipsa πραγμα

μα

μαβλοζία etiam ducendæ sunt. Et sup-
 positâ quæstione, An sit? utpote de qua
 nulla datur causa dubitandi. confestim
 Definitionem damus talem: *Duratio est*
permanſio Entis in Exiſtentia. Occurrunt
 etiam aliæ Definitiones Durationis: Scal.
 exer. 359. lect. 7. *Definit per continua-*
tum tractum eſſendi. Perer. l. 12. *Phyſ.*
c. 5. ait Durationem eſſe quantitatem vel
extenſionem, ſeu moram ipſius exiſtentia.
 Definitiones hæ ferè conveniunt, pri-
 mam tamen optimam eſſe & eligen-
 dam exiſtimamus, ut Durare nihil a-
 liud ſit, quam exiſtentiam habere,
 permanentem, quod etiam ſuperiori
 monuimus paragrapho. Heic omitten-
 dum non eſt, indicare, Durationem &
 Exiſtentiam diverſos gignere conce-
 ptus, & ita formaliter diſtingvi, quam-
 vis in re ſubſtrata & materialiter i-
 dem ſint; nam ſi Duratio DEI, quæ
 eſt ipſe DEUS, formaliter ab eo dif-
 fert, quanto magis in creaturis; ſiqui-
 dem in primo Ente, omnes perfecti-
 ones, poſſunt magis eſſe unitæ, quam

in aliquo participato. Et sic formaliter Durationem non consistere autumamus in denominatione quadam extrinseca & coëxistentia ad aliud, quamvis per extrinsecum cognosci potest, ut durasse per mentem, sit revolutioni periodicæ lunæ coëxstitisse. sed intrinseca est Denominatio, quæ rebus competit, remoto omni extrinseco; nam quamvis cælum non moveretur, vel omninò non esset, nemo tamen posset inficias ire durare nos. Plura hac de re addere superfedemus, ne prolixiores simus justò.

§. III.

Sic Eucleatis breviter per prius dicta, Denominationibus Durationis extrinsecis, videndum superest num ejus formalis ratio ponenda sit in Relatione Mensuræ; frequentissimè namque nomen Mensuræ apud auctores occurrit in Disputationibus de Duratione. Probè ergo heic notandum, quod vox Mensuræ sumatur modo Activè,
modo

modò passivè. Hoc modo Durationis formale Mensura dici nequit, cum conveniat etiam DEO Duratio, qui tamen mensurari non potest. Infiniti namque nulla est mensura. *Mensurari autem, secundum Perer. l. 12. Phys. c. 10. 13. est definite cognosci, quantum id sit, quod mensuratur.* Creatam durationem neque formaliter consistere in mensurabilitate, sed esse solummodò ejus affectionem, in propatulo est; secundum quam duratio cognoscitur, per applicationem scilicet rei mensurantis. quod vero rei est affectio, ejus ratio formalis sive conceptus intrinsecus dicendum non est. Illo modo sumto vocabulo mensuræ, neque dici potest formale ipsius Durationis; nam destructo omni extrinseco, nihilominus durat res, quod ex supra dictis elici potest. Relinquitur ideò permanentia Durationis formale, quæ Metaphysicis circumscribi consuevit per negationem, & sic permanere, nihil aliud est, quam quod non statim destruitur & desinit esse. Ita sol illuminans in

illuminando permanere dicitur; quippe sol continua luminis aggeneratione illuminat. Distinguitur porrò permanentia à successivo, quatenus significat actum permanentem, & quod est totum simul. In hac acceptione, heic locum non habet permanſio. Competit enim Enti etiam Successivo Duratio, quod tamen hac ratione non eſſet Ens permanens. Iatius iccirco intelligenda eſt vox permanentiæ, adeo ut indifferenter ſeſe habeat ad Ens Successivum & Permanens. & ſic per bonam conſequentiam, commodè, Entia Successiva aliquandiu in ſuo Eſſe permanere, dici poſſunt.

§. IV.

Tenui crenâ adumbratâ ipſâ Definitione, brevitatis amantes, ad Durationis Divisionem nos conferre, operæ pretium eſſe arbitramur. Dividi aſſolet Duratio dupliciter. 1. In æternitatem ævum & Tempus. 2. In Permanentem & ſucceſſivam. Priorem aſſumimus heic prius enucleandam: ubi occasio datur
omni-

9
omnium primo dubitandi, num satis
sibi constare possit hæc divisio? varia
doctorum, circa hoc negotium, divor-
tia, exscribere proposita brevitatis pro-
hibet, videri tamen possunt Boët: l. 5.
de consol: prof. ultim. Svaretzius in
Metaph. Dilp: 50. l. 7 n. 5. D. D: Co-
nimbr. l. 4. Phys. c. 14. q. 3. a. 1. & alii.
Pro sententia agente saltem dicimus, cum
Clariss. Frommio l. 2. Met. c. 6. *Divi-
sionem hanc fundamentum in re habere, quia
tres sunt modi, quibus Entia in Esse suo
permanent. Nam quidquid est, vel plane est
infinitum, & caret principio & fine, ut solus
DEUS; vel planè est finitum, & habet prin-
cipium & finem, ut res corruptibiles; vel
partim est finitum, partim, suo tamen modo,
infinitum, & habet principium caret vero fi-
ne, ut Angeli & Anima nostra.*

§. V.

Ne conturbetur Methodus, singu-
las Durationes considerandas esse sva-
det ratio instituti. Æternitatis Defini-
tio talis sinitur: *Æternitas est Duratio,
simplicem in essendo interminabilitatem, cum*

B

sim-

simplici continuitate conjunctam inferens.
 Solliciti heic non erimus in origine
 vocis inqvirenda, quibus placuerit, de ea
 videant Scheibl. Calov. & alios; neq; ope-
 ram infumemus in ventilanda qvæstione,
 An detur aliqua æternitas? cum in apri-
 co sit, dari Ens infinitum & immuta-
 bile, quod impossibile est, non esse si-
 mul æternum. De ambiguitate vocis
 saltem notamus, quod æternum dicatur
 1. Quod longo tempore durat, ut *cir-
 cumcisio* in Sc. S. dicitur æterna Gen.
 17, 8. & *oblatio* lev. 6, 13. alibiqve. utrin-
 qve tamen terminum habuerunt. de-
 notat hoc æternum certi & limitati
 temporis, perpetuitatem, Exod. 21, 6. &
serviet ei in seculum, Deut. 15, 17. Ari-
 stoteli æternum est quod opponitur
 caduco, sic scientiæ sunt æternæ, qua-
 tenus non verlantur circa caduca, sin-
 gularia & corruptibilia. Ubi elegans
 quoq; Axioma Arist: notandum *Sensibilia
 sensibilia sunt principia, æternorum æterna,
 corruptibilium, corruptibilia, & omnino o-
 mnia principia debent esse ὁμογενῆ suis sub-
 jectis.*

jeētis. 2. Æternum propriè & strictè id solum dicitur, quod nec terminum habuit, nec habebit, imo nec habere poterit. hæc significatio hujus est loci, & soli DEO competit, unde Thales DEUM descripsit: ὁ μὴ ἀρχὴν ἔκων μηδὲ τέλος. quippe qui solus esse habet indivisibile, interminabile & independens. ideo excludit omnem successionem, terminationem & imperfectionem. Apud eum enim nihil præteritum aut futurum, nil prius aut posterius, sed perpetuū fixum & stabile νῦν, quod differt à τῷ νῦν fluxo temporis. 3. Per analogiam æternum dicitur, quod à parte post termino caret, licet à parte ante terminum agnoscit. Talis æternitas Spiritibus finitis competit, & comparatè, orta & dependens audit, qualem participatam æternitatem dari autumant Scholastici.

§. VI.

Ad hæc quæ de ipsa voce æternitatis præmitti necessariò videbantur debere, aliqua ejus attributa etiam declaranda sunt. In definitione data duo

occurrunt. Primum ejus requisitum est *συνέχεια*, *continuitas*: est quippe simul tota & perfecta, nullam in se interruptionem & successionem habens, nullasque temporis differentias admittens. Hic non satis mirari possum Goslavium part: sec. contra Keckerman. c. 8. cum ait *neminem nisi admodum perfrictæ frontis, aut omninò sensu communi privatum, negare, in aternitate distinctionem temporis, posse*. Et contrarium probare conatur tali Syllogismo: *Si ab aeterno esse, est duratio præterita principio carens, & esse in aeternum duratio futura sine carens, aternitas erit duratio præterita, præsens & futura; Prius est. Ergo & Post: Ergo aternitas est Tempus*. Verum dicimus Connectionem majoris esse infirmam, quod facit terminorum ambiguitas. Nam aliud est esse *ab aeterno & in aeternum*, hoc enim aliquo modo est interminabile, illud non item. E. g. Angeli & Animæ humanæ erunt *in aeternum*, aternitas tamen propriè dicta ipsis non competit, sed *Ævum*. Deinde quod ad minorem attinet, negamus

esse

esse ab aeterno, quomodo accipitur in sa-
 cris, & de nullo nisi de DEO usurpa-
 ri potest, significare durationem præ-
 teritam principio carentem, quoniam
 propter immutabilitatem DEI, in eo
 nil præteriti. Pariter *in aeternum esse*,
 negamus significare in DEO duratio-
 nem futuram carentem fine, namque
 in ipso nihil successivi est. Quando
 vero præteriti & futuri mentio est,
 fit hoc secundum nostrum concipien-
 di modum, & quia æternitas coexistit
 temporibus. ut notanter etiam dicit D.
 Thomas p. 1. Q. 10. *Verba diversorum*
temporum tribuuntur DEO, in quantum ejus
æternitas, omnia tempora includit, non quod
ipse varietur per præsens, præteritum & fu-
turum. Adhiberâ explicatione Phraseos,
 apparet absurdam quoque esse conclu-
 sionem. *Duratio* enim *præterita* est, ut vi-
 detur, duratio quæ fuit, & non est am-
 plius, tempus sanè præteritum est id,
 quod fuit, & jam non est. Sic *duratio fu-*
tura erit illa, quæ cum jam non sit, erit
 tamen; sicut tempus futurum dicitur,
 quod

quod erit, cum jam non sit. Ergo esse ab aeterno, idem erit quod fuisse sine principio, & jam non esse: & esse in aeternum, erit idem quod jam non esse, sed futurum esse sine fine. Ex ejusmodi astutiis sequitur, *DEUM jam non esse*. Sed revertamur ad orbitam. Aeternitatis attributum alterum est ἀμετα, *interminabilitas*, quod caret principio & fine, unde tunc aeternum dicitur, quod non potest incipere aut desinere. & ita solus DEUS est aeternus, prorsus enim repugnat DEO, qui est Ens purè actuale, ut incipiat aut desinat. *Entia autem creata, si maxime supponeretur, ait Scheibl. l. i. Met. c. 16. aliquid factum esse ab aeterno, & perseverare in aeternum, revera sic non sunt aeterna: quia nec repugnat Enti creato, in tempore creari, & rursus etiam in tempore desinere, utrumque propter libertatem influxus Divini.*

§. VII.

Ordinis ratione, jam proximè examinanda se sistit secunda species Durationis. Aevum nempè; *Quod est du-*

ratio, in se initialem tantum defectibilitatem importans. Circa vocem hic obiter notamus, ævum accipi 1. propriè, prout in definitione data sumitur, & diversa est ab æternitatis & temporis duratione. 2. Impropriè accipitur 1. pro æternitate, ut Cic. 1. Tusc. inquit, *agere ævum cum Diis in cælo.* 2. Pro vita, Aurelius viêt: in Tito: *veneno interit anno ævi quadragesimo.* 3. pro ætate, Horat. l. 1. Ep. ult. *fortè meû si quis te percontabitur ævum, me sciat unde nos quater implevissè Decembres.* 4. pro tempore, Lucret: *O miseras hominum mentes, O pectora cæca, qualibus in tenebris vitæ, quantisque periculis, degitur hoc ævi, quodcumque est.* Generis loco collocatur Duratio, sed finita, non vero infinita. Heic cujusvis constare potest Differentiam, quâ ævum ab aliis durationibus distingvitur, esse, primò Defectibilitatem quandam essendi initialem. Sic res quædam aliquando non fuit, sed tamen repugnantiam non habuit ad *τὸ* latere in suis causis. Probè vero notetur, *τὸ* habere principium & carere fine, rationem ævi non absolvere; sed

sed posse habere initium & non posse naturâ
 desinere. Secundò indefectibilitatem
 quandam essendi finalem. Qvalis dura-
 tio est rerum creatarum Spiritualium,
 quæ, quæ esse suum, naturâ sunt inde-
 fectibiles & immortales, quales sunt An-
 geli & animæ rationales; in ipsis enim
 nullum est principium corruptionis in-
 trinsecum, cujus ratione, tandem esse
 desinant. Naturâ autem suâ indefecti-
 bilia & incorruptibilia dicuntur ea, quæ
 ejusmodi esse à DEO sunt sortita, ut per
 causas secundas & potentiam DEI ordi-
 nariam, cessare nequeant, quamvis fi-
 nem habere & desinere possint, per po-
 tentiam DEI absolutam; si ad ejusmo-
 di entia conservanda, influxum suum su-
 spendat. Subjectum ævi in genere com-
 muniter statuunt, res omnes creatas,
 quæ indefectibiles & incorruptibiles suâ
 naturâ sunt. Specialiter vero sunt ejus-
 modi Entia I. Angeli, hi enim incorru-
 ptibiles sunt per gratiam; nam neque An-
 gelus Angelum, neque aliud quid intra causas
 secundas eum corrumpere potest, neque ipse sibi
 relictus,

relictus, remotis causis extrinsecis, tandem desinit & collabitur, ut faciunt arbores, herbae, animalia, sed quando desinit Angelus, solum id fit, quia DEUS eum speciali voluntate non vult amplius in esse conservare. Scheibl. l. 1. c. 16. 2. Animæ rationales, quæ naturâ immortales sunt, unde sequitur formas reliquorum animalium, ab hac duratione excludi, quia per causas naturales desinunt, per destructionem scilicet suppositorum, quibus insunt. 3. Cælum quod est diversâ naturâ à quatuor Elementis, & sic neque contrarias quasdam qualitates intra se, neque extra se habet, quæ ipsum immutare aut corrumpere possunt; consequens ergo est Duratione ævi illud rectè mensurari.

§. VIII.

De secunda specie Durationis hæc jam satis dicta sunt, sequitur de Tempore, quæ est tertia & ultima: *Tempus est duratio defectibilitatem & initialem & finalem importans.* Tempus accipitur pro opportunitate, & Græcè dicitur *καιρός*; quæ ratione dicimus *tempori inservire*, venire

nire, vel agere tempore. pro Durationis extrinseca mensura, ut Gen 1, 14. existat: *Luminaria magna facta esse in signa stata tempora & dies*, i. e. mensurandas rerum aliarum durationes. Generaliter pro omni duratione & prædicamento Quando, ita nonnulli DEO *Esse, fuisse & fore*, tribuere. Sumitur denuo pro duratione contradistincta æternitati, & sic Arist: 4. Phys: 12. ait τὰ ἀπὸ ὄντα, ἕκαστον ἐν χρόνῳ, ἐν δὲ μετὰ τὸ εἶναι ἀνάσσειν χρόνῳ. Nobis, striete & specialiter, accipitur, ut non minus ævo, quam æternitati contradistingvatur. Nullatenus tamen heic intellectum volumus *Tempus Physicum*, quod est mensura durationis extrinseca, & ad res naturales solummodo applicatur, quod etiam verè est unum, una quippe est mensura, qua omnium rerum motus cognoscuntur; sed *Metaphysicum*, ut sit durationis mensura intrinseca, agnoscenda etiam in non naturalibus, ut in actibus Angelicis.

§. IX.

Ex iis quæ breviter dicta sunt oppi-

pidò constare arbitramur, temporis Me-
 taphysicè sumpti Differentiam, non po-
 ni debere in successione, adeò ut tem-
 pus sit *Entium Successivorum* tantummo-
 dò, uti motuum, non autem *ipsarum es-*
sentiarum, quod Svaretzius Disp. 50 Met:
 l. 7. voluit. Nam licet successio detur, ver-
 ba sunt Doct: Galovii Met: c. 7. in mo-
 tu & consequenter in tempore Physico, mini-
 mè tamen competit omni Enti naturâ defe-
 ctibili, neque ipsum esse rerum corruptibilium
 quarumvis afficit, neque restringi potest tan-
 tum ad *Ens successivum sive motum*. Hinc
 itaque fluit, ut pariter ex definitione
 percipimus, quod scilicet temporis ra-
 tio formalis, Metphysicè loquendo, to-
 talis defectibilitas audiatur, quæ initium
 & finem agnoscit atque naturaliter de-
 ficere potest. Spectatur proporrò heic
 non tam actualis vel inchoatio, vel de-
 fitio quæ rebus contingit, quam inchoa-
 tionis aut defitionis convenientia. Secus
 enim si contingat, ac naturaliter con-
 venit, Duratio rei ex naturali & essen-
 tiali convenientia æstimanda esset, talis

namque rei duratio est, qualis est ejus
 quæ in tempore est, Essentia; sed o-
 mnium quæ in tempore sunt, non es-
 sentia est successiva, ut v. g. Corpora
 naturalia in tempore, ob totalem de-
 fectibilitatem, sunt, quis tamen ideo di-
 ceret ea successiva & non Entia per-
 manentia; itaque si Ens est permanens,
 etiam tempus, ejus duratio permanens
 erit, si Ens fuerit successivum, tempus
 quoque erit duratio successiva. hinc
 obscurum esse nequit quarum rerum
 sit hæc temporis duratio, competit e-
 nim omni Enti, quod initium & finem
 agnoscit, utpote *corporibus naturalibus*
 eorumque actionibus, sed & ipsi *essen-*
tia rerum corruptibilium, imo *operationi-*
bus Angelicis, naturâ suâ defectibilibus,
 & prætereâ in ipsis si quid, quod ali-
 quando desinit, fuerit.

§. X.

Hiscæ sic transactis, promissi no-
 stri memores, ad divisionem duratio-
 nis alteram, in permanentem & suc-
 cessivam, antequam finem hujus Dispu-
 tati-

rationis facimus, pedem promoveamus:
Est itaq; Duratio Permanens, quæ absq; fluxu &
successione partium sui subjecti permanet. Cum
 hic paucas ducere lineas animus sit, nota-
 mus tantum Permanens accipi 1. Genera-
 liter, pro omni Ente quia omne Ens du-
 rat; & in hoc significato includit & Ens
 permanens & successivum; nam cui
 duratio (ea quippe omni existenti con-
 venit) eidem quoque aliqua permanens
 competit, propter identitatem definitio-
 nis & definiti, nam duratio definitur
 per Permansionem Entis in Existendo:
 consequenter Ergo permanens Enti Suc-
 cessivo convenit, quippe quod etiam ha-
 bet continuatam existentiam. 2. Specia-
 liter, pro eo quod totum suum esse si-
 mul habet, seu quod non habet partes
 fluentes, & ita enti successivo opponitur,
 & quidē per terminos contradictorios,
 oppositione immediata, & hæc acceptio
 hujus est loci. 3. Specialissimè & κατ' ἐξο-
 χην, pro duratione indefectibili & intermi-
 nabili, sicut solus Deus permanet ἐξουισῶς
Ps. 102, 13. Tu autem Domine in aternū permanes;
& v. 27. ipsi peribunt, tu autem permanes. J.

Successiva Duratio est, quæ non nisi per fluxum partium sui subjecti permanet. Qualis hic successio intelligatur, ut inotescat, observetur: quod successio est *imaginaria & fictitia*, quæ ab intellectu per coëxistentiam ad tempus concipitur; sicut nos homines æternitatem concipimus ad modum durationis fluentis, sine principio & fine, seu ut tempus aliquod infinitum, aliter quippe eam adprehendere nequimus, quam per ejusmodi imaginariam & fictam successionem. Alia est *vera realis & intrinseca*, quæ revera in ordine, naturæ est & datur, quæ etiam infert partes fluentes ipsius rei. Deinde successio est vel *privativa* qua aliquid dicitur transire à non esse, ad esse, ut creatum permanens aliquando non fuit, quod non esse aliàs dicitur *privatio ejus formæ*, quæ futura est, & hæc successio datur inter esse & non esse, ut est in generatione & corruptione; vel *positiva*, quæ pro utroque termino, anteriori & posteriori & medio utrumque copulante, positivum aliquid ha-

habet. Hæc iterum *Discreta* est, in qua
 quæ succedunt sibi invicem sunt Entia
 totaliter perfecta, sic alii homines, aliis
 in officiis succedunt; vel *Continua*, quæ
 datur inter partes ejusdem Entis conti-
 nuè cohærentes, non vero inter Entia to-
 talia, & hæc Ens successivum constituit.
 Denique notandum est, inquit Scheibl.
 l. i. c. 19. suo modo dici posse successionē
 ubicunque reperitur prius & posterius.
 Unde ait, successionem non incom-
 modè posse distingvi per eam quæ est
 in ordine naturæ, & per eā quæ est in or-
 dine temporis; & ista quidem, per quam
 copulatur id quod prius est tempore, cū
 eo quod est posterius, nunc dat denomi-
 nationem Entis successivi, successio autē
 in qua Ens successivum dicitur, sumi-
 tur non nisi secundum tempus. Sed
 cum institutum nostrum non sit am-
 plius in hac intricata materia, progredi,
 ideoquæ quæ nunc rudi Minerva dicta
 sunt in præsentiarum sufficere possunt,
 & pro concessâ gratiâ DEO T. O. M.
 æternas dicimus laudes.

יהו שם יתרה מברך מעתה ועד עולם

Studiis & moribus politissimo Juveni,
DN. CHRISTOPHORO
HORNEO,

Optimorum Parentum bonæ spei Filio, Dis-
sertationem Philosophicam, proprio Marte e-
gregiè elaboratam, edenti in lucem,
vibus hisce sed sincerè gratulatur.

Μεταίτιας ἀνευ διαφραγῆς ἔ μὲν τῶν
ὀρέξεως κρή, ἀίνα αὐτῆς ἴπαι τῆς η.
δυνας ἀφελκύει, καὶ ἐξουσιαν τῆς ραθυ-
μίας παρασκευάζει, ἀλλὰ μᾶλλον συμβαλένε-
σθαι, πῶς τὸν βίον εὖ οικονομῶσι, καὶ
ποίοις ὀμιλῶσιν, ὅτε οἱ ταύτην τὴν ὁδὸν πορευό-
μενοι, τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι δύναται; ἥς ἕδε-
μία κλήσις κρεττωνῆ ἢ χρησιμώτερα. Σὺ πα-
τερῶτα φίλτατε ταῦτα σκεψάμεθα, ἐκ ὀλι-
γοῶν τῆς ἀρετῆς, ἕδε ραθυμῶν ἀτελείας τὸν
βίον, ἀλλὰ τὸ σῶμα ποίοις ἐγύμνασις, τῶ
μὲν τρόπῳ φιλοπροσήγορο, τῶ δὲ λόγῳ εὐπρο-
σήγορο. Ταιχαρῶν τῶ Θεῷ εὐχομαι, ἵνα τῆ
ἐκκλησίᾳ, καὶ τῆ πολιτικῇ ὠφέλειαν πα-
ραμυθίαν δὲ πριωτάτις πῆς γονεῦσι, χερα-
τε καὶ ἡδωνῆν, πᾶσι σε συμφύλεταις πα-
ρέχης! ἐρρώσο!

CLEMENS THELAUS.

Pereximie atque Politissime

DN. HORNÆE,

Hujus Disputationis auctor
doctissime.

*Sophum gnavum, satis arguis heicce
fuisse*

Te, mihi Theseà, suavis amice fide.

*St ulla haud unquam, Duratio scilicet
ampla,*

Dignaque, materies, perbene & apta tibi.

*Discursu hanc pandis, quo non est doctior
alter*

Impiger ipse labòs: talia namque decent

*Macte, bonis avibus, Musarum docte sa-
telles,*

Cedant cœpta! Dabit ferta Thalia sua.

En! tibi durabit, duratio œlica perpes,

In superis Regnis, Elysiacque domo!

*Amicitia ergò simpliciter
accinebat*

GUNNARUS ÖBERG

Jempl. Svec.

Pernix, momento quovis, fugit orior Euro
Tempus; lapsa cito pede; sic occasio cassa
Quæritur: ast bene, Præceptor Tempus tibi curæ
Quod fuerit, non est, oculatior arbiter ullus,
Dilceptatio quàm præsens, quam Marte parasti
Tu proprio. Ergò autis adspice blandior aura!

JOHANNES. H. Tälpo.

Qui incumbunt studiis, qui Palladiasque
sequuntur
Ates, pro vigili curâ, Parnasside lauro
Ornantur, quorum ex grege tu es Præceptor
amande.
Omnipotens Numen, prece, compellare, fre-
quenti,
Non incermietam, profectibus ut benedicat
Ille tuis! faveat simul ausis, quo bene cepta
Cedant in laudem celsi Reſtoris Olympi!!!
Advoceo **JANNES TÄPDI SIMONIS,**
Aboæ.

